Gnosus Thomas Karminski Vicecapitaneus Surazen, Gnosa Anna Mitoszewska coniugi sua inscribit bona sua oia ad vita tempora

Wladislaus IV° etc. Significamus etc. Quod coram Actis Cancellariae nrae Minoris Regni personaliter comparens, Generosus Thomas Karminsky Vicecapitan Surazen sanus mente et corpore existens, recedendo a foro, iure iurisdictioneque sua quavis propria et competenti, praesenti vero iurisdictioni quo ad actum praesentem sese totaliter subijciendo et incorporando palam publice expressisque recognovit verbis. Quod etsi antea coram Actis Iuribus Surasen, de actu et data feria tertia ante festum sanctae Margarethae Virginis Anno Dni Millmo Sexcentesimo vigesimo quarto, certorum bonorum suorum verte Rutki, Sethi, et quae eo pertinet tantum in Districtu Ciechanowien consisten Generosae Annae Mitoszewska coniugi suae, iure advitali inscripserat, tamen ad praesens eandem inscriptionem suam praetactae coniugi suae advitalitatem atque usumfructum, non solum in superpradictis bonis, verumetiam in alijs generaliter omnibus bonis meliorando,

ſtris mobilibus, et immobus, hæreditarijs, atq obligatorijs vbicunq locorum habitis, et haben, concedit, assignat et inscribit. Vigore cuius inscriptionis, si præfatum Thomam Karmiensky prius, quam prædictam Annam Miloszewska mori contigerit, extunc ipsa Anna Miloszewska, bona omnia moba et immoba præfati mariti sui, tenebit et possidebit, cum omni iure Dominio proprietate, vtilitatibusq generalr cunctis, nihil excipien illisq vtifruetur ad tempora duntaxat vitæ suæ. Post mortem vero prædictæ Annæ Miloszewska bona præfata tam mobo quam immoba totalr pleno iure ad Succeſsores prædicti Karmiensky mariti sui deuoluetur. Sine quouis impedimento et contradictione, succeſsorum præfatæ Annæ Miloszewska. Hac sua personali recognitione de præmiſsis mediante. Quam nos ratam et gratam habentes, ad acta præntia suscipi, ijsq inseri iuſsimus. Actum et datum Cracouiæ Feria quarta post Dominicam Innocauit Quadragesimalem proxima Anno Dni MDCXXXIII Regnorum nostrorum Poloniæ et Sueciæ primo.

Relao Illris et Magnifci Dni Thomæ de Zamoscie Zamoiski Generalis Crac Knisin Gomadzen etc Capitanei